

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

873

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

tione præfatus Rataldus successoresque sui quiete teneant atque possideant. et nullus hominum vel iudex publicus seu quislibet ex judiciaria potestate in ecclesias baptismales vel oracula, curtes, villas, loca vel agros seu reliquas possessiones memorati episcopii, quas moderno tempore in quibuslibet pagis ac territoriis infra ditionem imperii nostri juste et legaliter possidet vel quæ deinceps in jure ipsius sancti loci divina pietas augere voluerit, ad causas judiciario more audiendas, vel freda aut telonea exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut fidejussores tollendos, seu homines ipsius ecclesie tam liberos quam servos, fiscalinos et tabellarios distringendos, nec ullas redibitiones aut inlicitas occasiones requirendas, ullo unquam tempore ingredi audeat vel ea, quæ supra memorata sunt, penitus exigere præsumat. sed liceat memorato venerabili vocato episcopo suisque successoribus, res prædictæ ecclesie cum omnibus sibi subjectis sub immunitatis nostræ defensione quieto ordine possidere absque cujuspiam contrarietate, quatinus pro nostra incolomitate conjugis et prolis seu etiam totius imperii a domino nobis collati jugiter domini misericordiam exorare delectetur. si quoque aliquæ querimonie adversus jam dictam ecclesiam tam de rebus et hominibus liberis et servis ortæ fuerint, quæ absque gravi et iniquo dispendio diffinire nequiverint, jubemus, ut per idoneos circavicanos et fideles nostros fideliumque nostrorum homines plenissime sub sacramento inquiratur et ad finem rite usque deducatur. si quis vero contra hanc nostram auctoritatem aliquid agere temptaverit aut ex his, quæ præscripta sunt, quippiam violare præsumpserit, sciat se triginta libras auri optimi secundum veterem morem parti præfate ecclesie se esse persolviturum, nostram insuper offensionem incursum. concessimus quoque venerabili episcopo Rataldo vel successoribus ejus rectoribus scilicet jam dictæ ecclesie, ut in quacunque placuerit villa episcopii sui monetam statuatur, quatinus pro mercedis nostræ augmento utilitati ipsius ecclesie deserviat. et ut hoc nostræ immunitatis præceptum inviolabilem atque inconcussam obtineat firmitatem, manu propria subter illud firmavimus et anuli nostri impressione subter sigillare jussimus.

Signum domni Hludowici serenissimi regis.

Hebarhardus cancellarius ad vicem Liutherti archicapellani recognovi et subscripsi.

Data 2 idus junii anno Christo propitio 36 regni domni Hludowici serenissimi regis in orientali Francia regnante, indictione 6. actum Aquisgrani palatio regio; in dei nomine feliciter amen.

Aus Mabillon *De re diplom. suppl. app. p. 97 nr. 12*, angeblich nach einem jetzt verlorenen Original des Straßb. bischöfl. A. = Bouquet VIII, 422. Ebendarnach Bœcler *Histor. rer. Frider. III imper. A. p. 111*; Lünig VII, 3, 276; Grandidier *Hist. de l'égl. de Strassb. II p. j. p. 257 nr. 139* = Levrault *Essai sur l'anc. monn. de Strassb. p. 417 nr. 13*. — Böhmer *Reg. Karol. nr. 838*. Ich schliesse mich der Meinung Sickels an (*Beitr. z. Dipl. II, 27*), der die vorliegende Fassung des Stücks als die Erweiterung eines echten Diploms ansieht, und beanstandete mit ihm die Erzählung des Brandes und die Strafandrohung, nicht aber die Verleihung des Münzrechts¹.

¹ Ich halte die Hypothese von Adrien de Longpérier in der *Revue numism. 1857 p. 319—345*, dissert. s. quelques monnaies episcop. de Strassb. et de Constance, der aus einzelnen Buchstaben der Reverslegenden alter Straßb. Münzen des 10ten Jahrh. die Namen der Bischöfe Gozfrid, Richwin und Uto konstruiert und ein bischöfl. Recht bei der Münzprägung demnach lange vor Bischof Erchenbald constatirt, für vollkommen begründet, besonders auch durch die bestätigenden Beiträge von Dorlan und Engel in der *Revue d'Als. 1858 p. 239—250*, 1874 p. 289—325, 1876 p. 289—308, 1877 p. 289—326. Auch Soetbeer hat in den *Forsch. z. deutsch. Gesch. VI, 30* und 35 Adrien de Longpériers Beweisführung acceptirt, ebenso findet Hegel *D. St-Chron. VIII, Allg. Einl. S. 14 not. 4*, keinen Grund an der Verleihung des Münzrechts zu zweifeln. Ohne Grund datirt es Hanauer *Études économiques sur l'Alsace I, 47* noch weiter zurück.